

olim raphaim. gentan
nq. qm interfecerit

Amalech. habitat in terra ad austrum. S; iuxta eum alii Chananeus habitabat. qui dimicavit et filios israel in deserto. de quibus nota scribitur. Amalech et Chananeus. habitabat in ualle. Araba. aqua plana. Symachus capellus interpretatur. ut super diebus est. Porro est et alia uilla. Araba nomine in finibus dioceseos. quod olim Saphorine dicebatur. et alia in milibus a fertopoli. et occidentem. Amman. quod nunc Philadelphia. urbis arabie nobilissimae. in qua habitauerunt filii loth. habitantesque eis in Amman. Argob. regio regis basan. super iordanem quae cecidit in sorte tribus manasse. et hodieque uicem et ierasha urbis arabie. xv. ab ea milibus distant. et occidentem quae Arga appellatur. quod interpretatur Symachus mensura. Sedoth. urbis amorreorum quae cecidit in sorte tribus ruben. appellatur autem addito cognomine a sedoch fasgan. quod in lingua nostra. resonat abscessu. Abarim. mons in quo mortuus est moyses. Vnde autem et mons est nabau in terra moab. et iericho super iordanem. in supercilio falga. ostenditur; ascendit de libiade in esbun. atque hodieque uocabulo iuxta montem fugor. nomen pisinum retinente. a quo circa eum regio usque; hodie appellatur fasga. Auochiaur. quod interpretatur e pyllye air. haec est basan. in qua sunt uici. lx. in monte galaad. quae cecidit in sorte dimidie tribus manasse. quod locus nunc uocatur gola. in terra batanea. Amaliban. est quod super libanum. ad orientalem plagam respicientia. autem libanum appellantur circa regionem urbem damasce. quae cecidit in sorte tribus manasse. Hecha. ciuitas Chananeorum in parte tribus iude. ad quam usque; persecutus est iherosolymus. v. reges. et hodie uocatur uilla a hecha in eleuteropoli et helya. Aialon. uallis atque praeuerti. super quod orante ihesu quondam luna stetit. iuxta uillam quae usque; nunc aialon dicitur. et orientem bethel. tribus ab ea milibus distant. haut peul a gabaa et rama saul. urbis. Porro hebrei affirmant. aialon uicem esse iuxta nocopoli in sedo lapide pgentibus helyam. Achor. hebraice dicitur emech achor. quod interpretatur uallis tumultus. siue tribus. eo quod ibi tumultuatur. tribus est israel. in qua lapidauerunt quondam achor propter furtum anathematis. Est autem ad septentrionem iericho. et usque; hodie a regionis illius accolis sic uocatur. Meminit huius osee propheta. Sedoth. alia ciuitas nunc quae super. haec eodem uocetur nomine quoniam expugnauit quondam iherosolymus rege illius interfecto. Achor. ciuitas regni iabin. quoniam sola incendit iherosolymus. quia metropolis erat in regno philistin. Est et alia

